TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. P_MSS_0846

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Sententiae
Criminales
Astantium

Liv. Ulini

MDLXIX

846



12.30

IV 1

Sentenze Criminali
del Capitano e astanti
della Città di Udine
1569

1 Vol. Cart. (Soltanto 11
Carte Scritte. Frontispizio
stemma di Udine Coronati
in acquarello)


IO. DOM.
SA. L. FAC.
MDLXIX
B.
B.
S.

IN CHRISTI NOMINE AMEN.

Hæ sunt quædam sententiæ criminales partim absolutoriæ, partim condemnatoriæ, partim bannitoriæ latæ, datæ, et in his scriptis sententialiter promulgatæ per infrascriptos Sp.les Dños Capitaneũ, et Astantes Ciuitatis Vtini sedentes pro tribunali in Palatio comuni in loco, ubi similes sententiæ ferri, et promulgari solent, sic dicendo.

NOS IOANNES DE FEDERICIS OPITERGINVS DOC. CAPIT. HADRIANVS PAVONA DOC. HIERON. CAYM9 FRANC. CARABELL. ET ALOYSIVS DE HONESTIS Ciues, Iudices, et Astantes Ciuitatis Vtini sedentes ubi supra, dicimus, sententiamus, absoluimus, condemnamus, & bannimus, ut infra, vz.

¶ ANTONIVM quoꝝ, magri Nicolai Vtini in contrata dicta tacconarie commorantem,

Contra quem per nos, et officium nostrum processum fuit, et est ad querelam Ioannis Baptæ q. Stephani tacconalei Vtini, ex eo, quòd dum antestus querelans peteret à dicto Antonio quoddam residuum affictus unius domus dicti Io.is Baptistæ ab eodem Antonio olim tentæ ad affictum, idem querelatus nulla alia legitima causa præcedente ausus fuit ipsum furem appellare, dicen. eundem querelantem sibi truffasse, seu furatum fuisse quoddam gladium ferreum uulgò cortella appellatum: committendo prædicta contra Deum, ius, et iustitiam, et contra honorem dicti Ioañis Baptistæ:

Qui quidem Antonius de mandato nostro citatus ad se defendendum licet non comparuerit, nullasq; fecerit defensiones, tamen per ea, quæ in processu apparent, non constat ipsum talia uerba protulisse. Vnde Nos Capitaneus, et Astantes prædicti sequentes formam iuris, et iustitiæ, nequis posthac temerarie contra quemlibet querelas instituat. Q antescriptus Antonius absoluatur à querela predicta, et Ioannes Baptista querelans pr.tus condemnetur in expensis

in his scriptis sententialiter condemnamus:

BARTHOLOMEVM de Murutio incolam Vtini in burgo S.ti Lazari

Vide actum retractationis in processu sub die ult.o Martii M D LXIX.

Contra quem per nos, et officium nostrum processum fuit, et est ad querelam Vrsulæ filiæ Dominici Taruisini de Villa pagnaci, ex eo, et pro eo, quod pr.tus Bartholomeus non habens Deum præ oculis, sed potius inimicum humani generis, ausus est die uigesima septima mensis Ianuarij nuper decursi dictam Vrsulam ad p̄ntiam plurium personarum iniuriare, pluries affirmando ipsam sibi scutatum unum aureum furatam fuisse, et ulterius in eius prauo animo, falsaq; calumnia perseuerando uarijs, ac diuersis minis prefatam Vrsulam intra domum suam conducere, ubi illam nō secus ac si infamis meretrix fuisset, expoliari fecit; qui licet diligentissime perquisiuisset, nihil tamen inuenit. Committendo prædicta contra Deum, ius, et iustitiam, ad damnum, et præiudicium honoris dictæ Vrsulæ puellæ nubilis, et in uilipendium magistratus nostri. Qui Bartholomeus de mandato nostro citatus nullas curauit facere defensiones, immo ne comparere quidem; quæ eius contumatia illum magis culpabilem reddit. Vnde Nos Capitaneus, et Iudices antesti sequentes formam iuris, et iustitiæ, ne delicta remaneant impunita, et ne gloriari possit de eius prauis operationibus. Prædictum Barth.m q. condemnetur ad retractanda uerba in officio ad p̄ntiā Iudicum, et testium in termino dierum x. et in una marca, & in expensis processus; qui nisi retractauerit ut supra, sit condemnatus in lib. xxv. et in expen processus, in his scriptis sententialiter condemnamus.

ALOYSIVM q. Franc.i Cecchi, et PETRVM eius fratrem } de Villa Puzzolei

Actus retractationis uerborum iniuriosorum legitur in processu fol sub die XXVI. Martij. M. D. LXIX.

Contra quos, et eorum quemlibet per nos, & officium nrum processum fuit, et est ad querelam Aloysij Coduli de dicta Villa, pro eo quod in die purificationis beatæ uirginis Mariæ, quæ fuit secunda Februarij proxime euoluti, dum antescriptus querelans reperiretur in hospitio Iosephi Cossij de eadem Villa, et amicabiliter loqueretur cum dicto Aloysio querelato, ipse non habens Deum præ oculis, immo diabolico spiritu afflatus, contra honorem dicti querelan-

lantis ausus est aduersus eum hæc uerba proferre. Tu sei un forfante, un mariolo, et un becco fotù, prouocando etiam ipsum querelantem, ut secum manus consereret. Petrus autem frater dicti Aloysij animo offendendi dictum querelantem armata manu vz. cum ense, et clipeo, siue rotella, ausus fuit nocte sequenti circa horam tertiam ipsius, ingredi domum antelati Iosephi, ubi dictus querelans adhuc reperiebatur, sed cum eius malum animum exequi non potuisset, tandem domum reuersus est; Comittendo prædicta contra Deum, ius, et iustitiam, ad ignominiam ipsius Aloysij querelantis, et in uilipendium magratus nri. Qui Aloysius, & Petrus fratres querelati & man.to nro citati, comparuerunt, et quas uoluerunt fecerunt defensiones, minus tamen quàm legitimas. Vnde nos Cap.s et Astantes antesti sequentes formam iuris, et iustitiæ, ne delicta remaneant impunita. Quòd Aloysius q. Francisci Cecchi sup.aus querelatus condemnetur ad retractanda uerba in ter.o dier. x. et ulterius in marcha una, et in expensis processus: qui nisi retractauerit, ut supra, sit, et intelligatur condemnatus in libris. xxv. et in expensis processus. in bis scriptis sententialiter condemnamus:

HAEREDES q. Martini de Marchesijs marzarij Vtinen, et ANTONIVM Righam linarolum famulum dicti q. Martini Contra quos, et eorum quemlibet primo per Clar.m D. Franc.m Venerium Patriæ Forijulij Locumt.tem meritissimum, et eius officium, deinde uero per nos, et officium nostrum ob remissionem ad nos uti iudices competentes factam uigore literarum Clar.rum Dnorum Aduocator. almæ Vrbis Venetiarum diei xvii. Ianuarij prox. præt.i, processum fuit, et est ad querelam q. Baptistæ Bosselli marzarij Vtinensis uxor.e nomine querelantis, de eo, quod dicti hæredes, et Anton.s p.tis eorum famulus non obstantibus mandatis prædicto q. Martino factis cum poena ducatorum quinquaginta et banni de non offendendo, nec quouis modo inquietando dictum q. Baptistam, seu quoscunque & eius domo, ausi fuerint multis modis conuiciare tàm unum ex filijs dicti Bosselli, quàm etiam Ioannem famulum suu: et ultimo loco die Dominica xix. Decembris prox. decursi prædictus Ant.s Righa ausus fuerit Dnam

Die xvi. Aprilis. M D LXIX

Claram uxorem antescripti ꝯ Baptistæ Boselli tum multis alijs contumelijs afficere, tum præsertim his: Puttana, uacca, buzerona. et ut latius in processu superinde formato apparet: Comittendo prædicta contra Deum, ius, et iustitiam, ad preiudicium honoris, et bonæ famæ dictæ mulieris, & in spretum, et uilipendium magratus nri. Qui Antonius tm & m.to nro citatus, comparuit, & suas, quas uoluit (non tamen legitimas) fecit defensiones. Vnde nos Cap.s et Iudices antesti deuenientes ad expeditionem dictæ querelæ, & sequentes formam iuris, et iustitiæ, ne huiusmodi delicta impunita remaneant, sed ut hoc alijs nequam hominibus transeat in exemplum. Quòd hæredes q. ꝯ Martini Marchesij absoluantur, Ant.s uero linarolus famulus dicti q. ꝯ Martini condemnetur ad retractandum in ter.o x. dierum publice coram officio, & testibus, uerba iniuriosa per eum prolata contra uxorem ꝯ Io. Baptæ querelantis, præterea sit bannitus à Ciuitate Vtini, et capitaneatu ꝑ annos duos, et si fregerit confinia iterum reuertatur ad bannum tunc incepturum, et hoc toties, quoties: A quo quidem banno possit se eximer soluendo libras. L. solidor, facta tamen prius in dicto termino retractatione, et non alr. et omni casu in expensis processus, in his scriptis sententialr condemnamus.

LAVS DEO

Latæ datæ, et in his scriptis sententialiter promulgatæ fuerunt antescriptæ sententiæ per suprascriptos spect.les Dominos Capitaneum, et astantes Ciuitatis Vtini sedentes, ubi supra, legente me Ioanne Dominico Salamonio altero ex cancellarijs dictorum Spect. Dnorum die Mœrtis. xv. Mensis Mœrtij. M D LXIX. Pntibus Egr.o ꝯ Gæleatio Afinio notario collegiato Vtinen, & Franc.o cilutto p.

cone Vtini testibus vocatis &c.

Joann. Dominicus Salamon.s
Vtinen. scribebat &c.

SECVNDVS

IN CHRISTI NOMINE AMEN

Infrascriptae sunt quaedam sententiae criminales condemnatoriae, et absolutoriae latae, datae, et in arrengo promulgatae per infrascriptos Sp.les Dnos Capit.m et Astantes sic dicendo.

NOS ANTON. PORTEN. LL. DOC. CAP. SVBSTIT. HADRIAN. PAVONA LL. DOC. HIERON. CAYMVS. FRANCISC. CARABELL. ET ALOVIS. DE HONES. Ciues, Judices, et Astantes Mag.cae Ciuitatis Vtini sedentes pro tribunali sub logia palatij communis Vtini loco solito, ubi similes sniae solent promulgari: ne delicta remaneant impunita, & delinquentibus crescat animus alia comittendi, dicimus, sententiamus, condemnamus, et absoluimus ut infra VZ

AVGVSTINVM Omnibonum habitantem Vtini in Pelliparijs.

Contra quem processum fuit, et est per precessores nostros, et deinde per nos, et officium nostrum stantibus literis remissorialibus Clar.mi D. Locumt.tis per dictum Augustinum pntatis; et hoc ad querelam Dnae Angelae Vxoris magri Joanis galerij de burgo S.ti Lazari Vtini: Ex eo, & super eo, quod dum die, de quo in ipsa querela, dicta D. Angela, & praefatus Augustinus fuissent coram Clar.mo D. Loc.te occasione cuiusdam differentiae uertentis inter praedictas partes, & p.te partes simul descenderent è castro causa eundi domum uersus, idem Augustinus nullo habito respectu honori, et bonae famae p.te mulieris, et sine legitima causa, dū prius eidem mulieri dixisset: tu mi uoi pagar à questo modo! accessit ad ipsam Dnam Angelam causa ei dandi, cui dixit, puttana fottuda. & prout latius in dicta querela, & processu formato continetur. Quo quidem processu tàm coram praecessoribus nostris, quàm etiam nobis formato post p.tas literas remissoriales uiso unà cum omnibus uidendis ꝛc. deuenientes ad expeditionem, & seque-

tes formam iuris, et iustitiae Nos Cap.s substituti, & Astantes antescripti, p.tus Augustinum absoluimus à querela, & Angelam querelantem in expensis condenamus.

IOSEPHVM CVSSVTTVM, ET PETRVTIVM Q. FRANC. À VIDVA } DE PVZZOLEO.

Contra quos, et ipsorum quemlibet per nos, & officium nostrum processum fuit, et est tam ad querelam Baptae q. Dominici Spelletti de Puzoleo querelantis nomine Petri Brunissij Notestatis dictae Villae, quàm ex officio post remotionem dictae querelae. Ex eo et super eo, quòd die XXiiij. Februarij prox. praet. dum p.tus Petrus Brunissius una cum antedictis Josepho, & Petrutio colloqueretur penes portam Francisci Cerocelli in platea dictae villae dictus Petruttius nulla alia legitima causa precedente ausus est è manibus ipsius Petri quendam ligone, et cum eo eundem Petrum in fronte à parte dextera uulnerare cum incisione pellis, & effusione sanguinis, non sine periculo uitae dicti uulnerati. Josephus uero p.tus emisso è manibus lapide dictum Petrum grauiter in tibus percussit: et prout latius in dicta querela, et processu superinde formato continetur: qui quidem querelati de man.to nostro citati legitime ad se defenden, et excusandum à praedictis, comparuerunt, et habita copia processus non curarunt aliter se defendere. Vnde Nos Cap.s substituti, & Astantes p.ti sequentes formam iuris, & iustitiae, deuenientes ad expeditionem. Praefatos Josephum, et Petruttium in solidum in media marca, et in expen.s processus condemnamus state affinitate, et pace inter eos inita, et alijs causis animum mouentibus.

NICOLAVM dictum de la Zimola q. Joannis de Puzzoleo,

Contra quem per nos, et officium nrum processum fuit, & est ad querelam Mariae uxoris Petri Buliani de dicto loco, ex eo, et super eo, quòd die, de quo in ipsa querela, cc.ti horam tertiam post solis ortum dictus Nicolaus ausus fuit se conferre ad domum habitationis dictae Mariae, ubi ea inuenta ei dixit chi ti comanda à uenir à tor la biaua à casa mia? quod cum negasset ipsa querelans, Nic.s p.tus nulla causa saltem legitima cepit admenare in dictam mulierem ligno quodam, quo erat armatus, quam percussit pluribus ictibus super brachio sinistro, et copia sinistra ac super tergore cum nigredine carnis, eidem mulieri dicen. Puttana io ti uoglio amazar, et tagliar il naso. Committendo praedicta contra

Deum

Deum, ius & iustitiam, et prout latius in dicta querela, & processu superinde formato continetur. qui quidem Nic.s de mandato nostro citatus ad se defendendum, non curauit usq; in hodiernum comparere: unde eius contumatia reddit ipsum magis culpabilem. quare Nos Cap.s substitutus et Astantes antelati sequentes formam iuris et iustitiæ deuenien ad expeditionem: Præfatum Nicolaum ad retractandum uerba iniuriosa prolata contra p.tam Mariam in ter.o dier. octo, et ulterius in libris XXV. qui nisi retractauerit in ter.o ut supra, in lib. L. et omni casu in expen processus condemnamus.

THADEVM Miani de Orzano,

Contra quem per nos, et officium nostrum processum fuit, et est ad querelam m.ri Barth.i Chiassarini Vtini habitantis in burgo Glemonæ ex eo et super eo, quod die XVI. Martij prox. prætr. dum antescripti M.r Barth.s et Thadeus essent sub logia palatij communis Vtini, ut inuenirent & Petrum Blancum calculatorem deputatum per Clar.m D. Loc.tem antedictus Thadeus non habens Deum præ oculis, sed potius inimicum humani gnis, nulla habita ratione loci, in quo reperiebatur, neq; honoris, et bonæ famæ eiusdem querelantis nulla saltem legitima causa precedente ausus fuit dicere contra ipsum magistrum Barth.m hæc uerba: tu sei un truffador, et hai truffato meza la Villa d'Orzan et sei sta opposto per falsario et hai tagliato una borsa à tua sorella uia della centura, hoc modo dictum querelantem, furem falsarium, & truffatorem appellando, et statim his non contentus dictus Thadeus eleuato pugno uoluit etiam in ipsum querelantem admenare; quod facile fecisset, nisi à circumstantibus detentus fuisset, et prout latius in querela sup.ta et processu super ea formato continetur. Qui quidem Thadeus de man.to nostro legitime citatus comparuit, & praestita fideiussione de iudicio sisti, et iudicatum soluen, et habita copia processus, non curauit alr se defendere. Vnde Nos Cap.s substitutus, et Astantes p.ti deuenientes ad expeditionem, sequentes formam iustitię, Prefatum Thadeum ad retractandum uerba, et in marca una, et in expen processus condemnamus, qui nisi retractauerit in ter.o dier. X. sit, & intelligatur condemnatus in marchis tribus, et in expen suprascriptis.

Die XXI. Maij. 1569. Comparuit contrascriptus Thadeus, et intellecta serie contrastæ sententię app.ie ab ea ad Clar.m D. Locumt. instan dictam app.ne admitti, et ea pendente nil innouari.

ARRENGVS

Die XIIII Maij MDLXIX
Comparuit ad off.^m canc.^e ..., Mathias Mantuanus et, nomine contrascripti ... ...tellecto tenore contenti sententiæ appellauit ab ea ad clar.^m D. Loc.^tem

Die p.^o Iulij MDLXIX
Constituta d.na Catherina contrascripta et parendo sententiæ contra se latæ, et comprimatæ per ex.^m D. Vicarium ut dixit hesterna die: dixit, protulisse uerba, de quibus in querela contra Vincentium contrascriptum atra bili impulsa non aūt animo ipsum iniuriandi quem cognoscit pro uiro probo et similiter eius uxorem pro muliere proba et honesta, de quibus ... Pñtibus egr.^o D. Thoma Fabricio et magrō Pasqualino Filadelpho ...

CATHERINAM Vxorem Iosephi Triuisani præconis Patriarchalis

Contra quam ad querelam Magri Vincentij purcitarij de uico portæ Ronchor. primum per officium Mag. et Clar.^mi D. Locumt.^tis et deinde post remissionem ad nos factam per nos, et officium nostrum, ex eo, et super eo, quod die, de quo in ipsa querela, dicta Catherina non obstante mandato treugali ei iniuncto ausa est in spretum ipsius mandati illico post intimationem ei factā dicere ipsi querelanti, furfante, mariol, gaioffo, et becco fottudo, tu mi darai etc. dicendo quoque quod habebat cultrum, cum quo uolebat ipsum, eius filias, et uxorem occidere, et hoc tam ante iniunctum mandatum, quàm post: et prout latius in dicta querela, et processu super ea formato continetur. Quæ quidem Catherina de man.^to nostro citata comparuit mediante eius marito, et suas, quas uoluit fecit defensiones minus tamen quàm legittimas. Quibus uisis cū toto processu, deuenientes ad expeditionem Nos Cap.^s substitutus, et Astantes p.^ta sequentes formam iuris, et iustitiæ. Præfatam Catherinam ad retractanda uerba in termino dier. X. et in marca una, et in expensis sententialiter condemnamus, quæ nisi retractauerit in ter.^o ut sup. sit condemnata in marchis tribus, et i expen.

DANIELEM Blasij, et
PASQVAM eius uxorē } de Puzzoleo.

Contra quos, et ipsorum quemlibet per nos et officium nostrum processum fuit, et est ad querelam Ioannis fratris dicti Danielis. ex eo quòd die, de quo in querela p.^ta dum ipse Ioannes esset in eius cortiuo in Villa Puzzolei, et incideret quādam arborem ulmi, præfatus Daniel armatus bastono cum consensu dictæ eius uxoris aggressus est ipsum querelantem, cui cum dicto bastono admenauit pro ipsum offendendo: et dum dictus Ioannes se defenderet Pasca p.^ta cepit ipsum Io.^m à retro, quem humi proiecit cum periculo uitæ, & prout latius in dicta querela, et processu formato super ea continetur. Qui quidem Daniel, et Pasca de man.^to nro citati fuerunt: comparuit p.^tus Daniel, et præstita fideiussione de iudicio sisti, et iudicatum soluen. nil aliud dixit. Vnde uolentes deuenire ad expeditionem dicti processus Nos Cap.^s substitutus, & Astantes præfati sequentes formā iuris, et iustitiæ. Præfatos Danielem, et Pascham absoluimus cum expensis.

IOSEPHVM Bernardini Baptistini de Puzoleo.

Contra quem per nos, et officium nostrum processum fuit, et est ad querelam Dnici

UDINE

Dnici Cerolli de dicto loco. ex eo, et super eo. quod die, de qua in querela, dum dictus Dnicus reperiretur in hospitio Aloysij Bossij hospitis dictae Villae ubi etiam p.tus Josephus querelatus reperiebatur, et dum ambo et alij in dicto hospitio existentes luderent ludo nuncupato la mora urceum uini, et nondum completo dicto ludo, dictus Josephus contendere coepit cum Dnico praedicto, et no habens Deum prae oculis ausus fuit enudare quendam pugionem, quo erat armatus, et absque causa saltem legitima contra querelantem admenare ita ut ipsum super manu sinistra in digitis ipsius manus uulneravit cum incisione carnis usque ad os, et maxima sanguinis effusione, et maximo eius dolore, et prout latius de premissis in ipsa querela, et processu super ea formato continetur. qui quidem Josephus de man.to nro legitime citatus comparuit, et produxit quandam scripturam qua uisa cum toto processu Nos Cap.s et Astantes suprascripti sequentes formam iuris et iustitiae Praefatum Josephum querelatum absoluimus, et Dominicum Cerollum querelantem in expensis sententialiter condemnamus.

NICOLAUM Tergestinum lapicidam Utini,

Contra quem processum fuit et est per praecessores nros ad querelam Antonij Pichini de prato clauso, et deinde per nos et officium nrum stantibus literis remissorialibus Clar.mi D. Loc.tis pntatis per dictum Nic.m ex eo, et super eo q. die x. ianuarij praet. dum ipse Ant.s esset domi Jacobi Caroli de dicto burgo ubi etiam erat dictus Tergestinus, et dictus Ant.s tanq. decanus dicti burgi requisiuisset p.tu Nicolaum an uellet exbursare nonnullas pecunias pro quadam rata ei tangente causa expendendi in comuni Idem Nic.s nulla causa saltem legitima praecedente ausus fuit dicere contra ipsum decanum. non uoglio dar alcun denaro perche tu, et li tuoi compagni sete mangioni et dum praefatus Ant.s ei dixisset, tu'l menti. Nic.s p.tus malum malo addendo dixit contra bonu nomen, et famam p.ti Ant.ii tu sei un ladro; et prout latius in dicta querela et processu super ea formato continetur. quare uiso dicto processu una cum testibus parte dicti Nicolai examinatis post pntationem dictar. literaru remissorialium, uisisq. uidendis, et consideratis considerandis Nos Cap.s substitutus, et astantes sup.ti deuenientes ad expeditionem dicti casus sequentes formam iuris, et iustitiae. Praefatum Nicolaum ad retractandum uerba in

Die xxi. Maij . MDLXIX.
Comparuit ad off.m canc.ae magr Nic.s tergestinus contrascriptus et intellecto tenore contrascriptae snie pro pacifice uiuen. instetit annotari quod fatetur m.m Ant.m Pichinum querelantem esse uirum bonae conditionis, et famae, et q. uerba iniuriosa per se prolata contra eum proiata fuerunt p.c dum esset impulsus bili atra, et uerbis (ut asseruit) con. se dictis p ipsum magrum Antonium sic tz. Pntibus Exc.te D. Jo Bapta Paulino Doc. et egr.io v. Federico Gusatto et v. Clem.o Ticiana notarijs Utinen. testibus uocatis et rogatis

termino dier. x. et ulterius in marcha una, et in expen processus condemnamus; qui nisi retractauerit sit condemnatus in libris uigintiquinque, et in expensis.

Die xxiii Maij MDLXIX.

Comparuit ad off.m canc.a magr Hier.s contrafius, et app.t a contrascripta snia cl.m D. locumtm instan etc.

Die xxx Maij. 1569.

Actum Utini in burgo grati[e] ani domi habitationis mei Io.is Dnici Salamonij alterius canc.i coram testibus Petro q. Iuliani notarij de Poccetto et Io. Dnico q. Bapte crouatti de Bractiano testibus uocatis etc. M.r Hier. contrafius pro bono pacis et concordie quia cupit pacifice, et quiete uiuere et quia etiam contrasta querelans est consanguinea dicti magri Hier.i ingenue fassus est coram me cancell.e et testibus sup.tis q. contrascripta uerba iniuriosa fuerunt p se plata con dictam D. Iosepham dum ipse ira [?] bilis pectus esset ob rixam q inter dictam D. Iosepham ex una, et uxorem ac soceram dicti m.ri Hier. precesserat & quoad se illam cognoscere p mulier integra et bone uite, et per consequens a sup.ta app.ne p se uel interpositta se remouet ac remouet sic etc.

HIERONYMUM Falzaruttum generum Ioanne de Zanettis cerdonem Utini in burgo S.ti Lazari.

Contra quem processum fuit, et est primum per precessores nros, et deinde per nos, et officium nostrum ad querelam Dne Iosephe ux. rel. q. magri Ioannis Baptiste de Zanettis incolam dicti burgi. ex eo, et super eo, quod die. x. Ianuarij prox preti dum ipsa Dna Iosepha uerbis contendisset cum dicta Ioanetta ipse Hier.s hoc sciens cc.a primam horam noctis se contulit ad domum p.te querelatis et cum ipsam uocare fecisset à quodam Leonardo Ioannis et ipsa D. Iosepha nil mali suspicans uenisset in quendam eius anditum, seu lobiam, tunc prefatus Hier.s maximo impetu accessit ad eam pro offendendo, prout fecisset, nisi fuisset reparatum et tandem dum fuisset emissus extra portam à D. Helena socera dicte querelantis, ipse Hier.s querelatus uerba iniuriosa protulit contra dictam querelantem ei dicendo. Puttana, bandiera, et capitania de le puttane, io ti uoglio tagliar il naso et fartelo portar in mano. et sfrisarti. premissa dicen in publico, & prout latius in dicta querela, et processu super ea formato continetur. qui Hier.s citatus comparuit. et producta quadam scriptura cum caplis non curauit aliter defendere: Unde Nos Cap.s substitutus et Astantes sup.ti sequentes formam iuris, et iustitie. Prafatum Hier.m in marca una, et ad retractanda uerba iniuriosa in ter.o dierum octo; coram Sp. Dnis Astantibus, et in expen processus sententialiter condemnamus, & nisi retractauerit in dicto ter.o in lib. xxv. et in expen ut supra condemnamus.

IOSEPHAM rel. q. Io.is Bapte de zanettis de Utino

Contra quam processum fuit et est primum per precessores nros, & deinde per nos, et off.m nrum ad querelam m.ri Hier.i Falzarutti cerdonis incole Utini in burgo S.te Lucie querelantis noie tam D. Ioannine eius socere, quam etiam D. Margaritte eius Amite, & D. Lucie eius uxoris, ex eo, et super eo, quod die, de quo in ipsa querela dca Iosepha ausa fuit accedere penes domum habitationis ipsarum mulierum, et nulla precedente causa saltem legitima in publico alta uoce exclamare dicendo, puttane, et strighe: eas minan, dicendoque strighe, puttane io ui uoglio asquartar con le mie mani, et his non contenta cepit inijcere lapides uersus ipsas mulieres tunc existentes

istentes in eorum domo causa eas offendendi prout offendisset, nisi aufugissent: et prout latius in dicta querela & processu formato continetur. que Josepha citata comparuit et produxit quandam scripturam, qua visa cum toto processu Nos cap.s substitutus et Astantes sup.ti deuenientes ad expeditionem & sequentes formam iuris et iustitiæ: prefatam Josepham absoluimus a dicta querela cum expens.

LVCIVM filium Michaelis Flaibani de uico Aquileię et

PETRVM Fustum de porta Ronchorum,

Contra quos, et ipsor. quemlibet primum processum fuit et est per off.m Mag.ci & Cl.mi D. Loc.tis et deinde per nos, & off.m nostrum post remissionem ad nos factam super inquisitione, siue constituto accepto R.do D. Ladislao Soldonerio plebano de S.ta Maria de fragoni de Ceneta Ciuu Vtini ex eo, quod cum prefati Lucius et Petrus temerarij, et insolentes in die dominico. ij. Januarij prati prox reperirentur in ecclesia maiori huius Ciuitatis, et ad inuicem colloquerentur de rebus minime condecentibus hacq; de causa' R.dus D. Fr Ladislaus p.tus eos obiurgasset. quod egre ferentes ab ecclesia discesserunt ipsumq; Presbitum exeuntem ab ecclesia post diuina completa officia, et transeuntem p porticos DD. de Guliolis armati saxis expectarunt, nullaq; habita reuerentia dignitatis sacerdotalis, ipsum saxis, et pugnis insultarunt, et diuersis percussionibus affecerunt in facie, et oculis cum tumefactione, & nigredine maxima, et prout latius in processu, prastantes sibi inuicem auxilium, et fauorem. quibus quidem Lucio et Petro de m.to nro legme citatis post remissionem p.a co-paruit dictus Petrus mediante Nicolao eius patre, et suas fecit defensiones minus tn quàm legmas: Lucius uero non curauit usq; in hodiernum comparere, Vnde eius contumacia reddit ipsum magis culpabilem. quare deuenientes ad expeditionem dicti processus Nos Cap.s Substitutus, et Astantes sup.ti sequentes formam iuris, et iustitiæ, Prafatum Lucium in libris centu, et in expensis processus condemnamus. Petrum autem in marchis duabus, et in expen sententialiter condemnamus.

Die Sabbati xiii. Maij M.D.LXIX.

Lata, data, et publicata fuerunt supeascripte sententie criminales p antelatos Sp.les Dnos Cap.mi substitutum, et Astantes Sedentes. vbi supra, de mane, lecta uero de eorum man.to pre me Bithinium Breuilaqua notarium de

alterum cancell.m Crimin. Mag.ce Comunit. vtini. Pntibus S. Marco Vicentino exactore condemnationum Sp. Dnor. Capitanei, & Astantium. & Cilutto pr. cone Mag.ce comunitatis vtini, nec non Egregio Iulonio notario, et alijs plu: ribus testibus. &c.

Joanne Dominico Salamonio Vtinen. scribente &c.

IN CHRISTI NOMINE AMEN

Hae sunt quedam sententiae criminales partim absolutoriae, partim condemnatoriae, & partim bannitoriae, latae, datae, et in his scriptis sententialiter promulgatae per infrascriptos Spectis Dominos Capitaneum, et Astantes Ciuitatis Vtini sic dicentes.


OS IOANES DE FEDERICIS CRITERG. DOC. CAM. [illegible] HIERONYMVS CAYM. FRANC. CARABELL. ET ALOYSIVS DE HONESTIS

Ciues, Iudices et Astantes ciuitatis Vtini sedentes pro tribunali sub logia Palatij communis Vtini in loco, ubi similes sententiae ferri, et promulgari solent, ne delicta transeant impunita, et nequis de eius prauis operationibus gloriari possit dicimus, sententiamus absoluimus, condemnamus, & bannimus, ut in

ODOPHREDVM Gaiuncellum Bergomensem Vtini habitantem in burgo Gratiani

Die iij Iunij MDLXIX. Contrascripta Laurentia appellauit ad clar.m Dnum locumt.m à sententia contrascripta instan hac appellatione pendente nil innouari. et hoc cum ad.to

Contra quem per nos, et officium nostrum processum fuit, et est ad querelam Laurentiae uxoris Simonis Tonduli de dicto burgo, in eo de eo, et super eo, quod die ij. instantis querelatus praedictus ausus fuit dicere, quod ipsa querelans furata fuerit, et asportauerit frondes unius mori dicti Odophredi: quod cum praedicta Laurentia negaret uerum esse, et conditionaliter pro defensione honoris sui dixisset haec uerba vz chi uol dir, ch'io habbia robbata foglia in su i vostri morari, s'ella è una Donna, l'è una puttana, et s'egli è un huomo, l'è un beccazzo, idem querelatus malum malo addendo cepit eandem querelantem pugnis, pedibusque maletractare: et prout latius in dicta querela & processu superinde formato apparet. Committendo praedicta contra Deum ius et iustitiam, et in spretum honoris dictae querelantis: qui Odophredus de mandato nostro citatus ad se defendendum, comparuit, et fideiussit, et licet nullas fecerit defensiones, tamen uisa pre.ta querela, et processu superinde for=

mato iustis de causis animum nostrum mouentibus. Nos Capit.s et Astantes pre:
libati sequentes formam iuris, et iustitiae, prefatum Odophredum absoluimus;
et Laurentiam querelantem in expens. in his scriptis sententialiter condemnamus.

Die xi. Juny. 1569. Comparuit contrascriptus Joseph cum aduocato et appellauit a contrascripta sn̄ia ad clar.m D. Locumten.m instans etc.

IOSEPHUM istemae dictum Muzoil de burgo Glemonae
Contra quem per nos et officium nostrum processum fuit, et est ad querelam Mat:
thei carni incolae Vtini in dicto burgo. quoniam die XXVII. Martij proxime de:
cursi dum p.tus Mattheus in hospitio Jacobi Grattoni colloqueretur eundem Jo:
sephum in materia quorundam biretorum, quae dictus querlans vendenda
tradiderat antelato Josepho, idem querelatus nulla saltim legima causa prae:
cedente non habens Deum prae oculis, sed potius humani generis inimicum,
ausus fuit contra honorem querelantis dicere Becco, et hoc non contentus pro:
strato ipso Matthaeo, pluribus pugnis in faciem illum percutere: et ut in dicta
querela, et processu latius continetur. Committendo predicta contra Deum, ius, et
iustitiam, et in spretum honoris, et bonae famae dicti querelantis qui quidem
Joseph citatus ad se defenden. licet comparuerit, nullas tamen fecit defensio:
nes. Unde Nos Capit.s et Astantes antelati deuenientes ad expeditionem dic:
ti processus, ac sequentes formam iuris, et iustitiae, ne dictus Joseph remane:
at impunitus: predictum Josephum in dimidia marca, et in expensis pro:
cessus in his scriptis sententialiter condemnamus.

Die 2 Juny 1569. Egr. D. Nicolaus Pontonus not. Vtini no: mine contrascripti Si: monis appellauit ad Clar.m D. Locumten.em a sententia contrascripta instans etc.

SIMONEM filium Nicolai Georgij de Paderno
BAPTISTAM eius fratrem, et
GNESAM matrem dictorum Simonis, et Baptistae,
Contra quos, et eorum quemlibet per nos, et officium nostrum processum fuit, et est
ad querelam Franciscae uxoris Georgij de dicta Villa Paderni. ex eo, et super
eo quod cum die XX. Aprilis prox. praet. dicta Francisca proficisceretur ad
quendam suum hortum, qui est penes baiarzios, Gnesa predicta non ha:
bens Deum prae oculis, sed potius diabolico spiritu afflata, sine alia legi:
tima causa, et nullis dictis ausa fuit complures lapides in eam iaculari:
sed cum non potuisset eo modo pessimam eius voluntatem exequutioni
mandare, dicta Gnesia una cum prefato Simone eius filio expectarunt eam:
dem Franciscam redeuntem, et transitueam per quendam locum vocatum
il trasidor; et dictus Simon quodam baculo, quo armatus erat, predictam
querelan:

querelantem nil mali cogitantem in capite percussit, et iterum ipsam fugientem in tergore uerberauit: atque hoc non contentus dum ipsa querelans domum versus tenderet in eius prauo animo perseuerando, multos lapides in eam coniecit, et in dextero brachio percussit cum nigredine carnis. Capta uero filius dictae Gnesae hac quadragesima nuper euoluta nulla praecedente legitima causa ausus fuit contra praelibatam Franciscam lapides contorquere, quam tn non offendit, sed ipsam p certum locum transituram expectauit, et illam in sincipite pugno percussit, adeo ut dicta querelans prostrata remansit maximo cum dolore, et prout in querela, et processu superinde formato latius apparet. Committendo praedicta omnia contra Deum, ius, et iustitiam, in spretum, et uilipendium regiminis, et in maximum damnum, et detrimentum praefatae Franc.ae querelantis. Qui omnes de man.to nostro citati comparuerunt, et praestita fideiussione nullas curarunt facere defensiones. Vnde nos Cap.s et Astantes antelati sequentes iuris, et iustitiae formam. Praedictos Gnesiam et Baptistam absoluimus. Simonem uero suprascriptum in libris xxv. et in damnis expen. et interesse offensae, et ulterius in expen. processus in his scriptis sententialiter condemnamus.

BLASIVM dictum Cos baiulum Vtini habitantem in porta Diuae Mariae Contra quem per nos, et officium nostrum processum fuit, et est ad querelam Iosephi Panzoni hospitis, et cordonis in uico Villaltae ex eo et super eo, q. die xij. men. Martij prox. elapsi dum ipse querelans colloqueretur Sebastianum familiarem Nobb. DD. Cornelij, et Pompeij fratrum de Belgrado sup. plathea Fori noui, dictus querelatus nulla legitima causa praecedente diabolico spiritu inductus ausus fuit accedere ad dictum querelantem nil mali sibi timentem, aut cogitantem; et nullis verbis prolatis a retro ipsum colapho percutere, cuius percussionis ui statim prostratus remansit, et dictus Blasius se absentauit: et ut diffusius in querela prae.ta et processu superinde formato apparet. Comittendo praedicta contra Deum, ius et iustitiam, et in spretum magratus nri. qui quidem Blasius de man.to nostro citatus non curauit comparere nec ullas facere defensiones: quae contumacia illum magis culpabilem reddit. Vnde nos Cap.s et astantes praedicti deuenientes

ad expeditionem ipsius querelæ, sequentes formam iuris, & iustitiae. Dictum Blasium in marca una, et in expen. processus in his scriptis sententialiter condemnamus.

NICOLAM dictum Culutta solitum habitare in porta Cascanani Utini.

Contra quem per nos, et officium nostrum ex officio processum fuit, et est sup. constituto m.ri Antonij dicti Bellhomo de Gradisca tacconalei in eo, et super eo, q. die xxiij. Martij prox. prætj dum p.tus Ant.s reperiretur in hospitio Leonardi del tempur Utini in burgo villaltę ubi unà cum dicto Nicola, et alijs combiberat. prędictus Nicolas non habens Deum pręoculis, sed potius inimicū humani generis nulla legitima causa præcedente, et nullis dictis ausus fuit enudato gladiolo uulgò cortellum uocant, ipsum Antonium cantantem, & nil mali cogitantem in spatula dextera à parte posteriori punctim uulnerare unico uulnere usq. ad os penetrante cum aliquali incisione ipsius ossis, et ut latius in denuntia medici, constituto offensi, et processu superinde formato latius legere est. Committendo prędicta con Deum ius, et iustitiam: in spretum magistratus nri: et in maximum damnum dicti Antonij. qui quidem Nicolas de mandato nro citatus ad se defenden, non curauit comparere, nec se defendere, immo se absentauit: quę absentia, et contumacia, illum magis culpabilem reddit. Unde nos ap.s et Astantes p.ti sequentes formam iuris, et iustitiæ ne dictus Nicolas possit gloriari de eius male gestis. Prefatum Nicolam dictum Culutta in libris. xxv. et in damnis, expen. et interesse offensi, et in expen. processus in his scriptis sententialitj condemnamus.

PEDROTTVM Sanch tacconaleum Utini

Contra quem per nos, et officium nostrum processum fuit, et est in eo de eo et super eo, quod prędictus Pedrottus tantæ audaciæ, et temeritatis fuit, ut die xi. instantis, non habita ratione loci, in quo reperiebatur, neq. pntię nostrę ausus fuit coram tribunali nostro sub logia Palatij publici dicere Nicolao olitori circa gurgites Utini, quod erat sicophanta, deinde uero (cum sibi fuisset per nos indultum pro illa uice) malum malo adden, & in prauo eius animo perseueran priusquam inde discederet hęc uerba contra eundem Nicolaum proferre: vz tu te 'l menti per la gola. et postea cum dicta die sibi per nuntium nrum pręsentata fuisset ad se defendendum & excusan ab inquisitione contra eum formata

mata, ut suprà, dictus Pedrottus minus habens Deum pre oculis, et paruipen
dens, immo spernens iustitiam ausus fuit cum dicta citatione manu accepta
sibi nates abstergere, et eam postea dilaniare, et ut latius in processu contra
eum formato, & relatione preconis et nuntij nri continetur. Committen predca
contra Deum, et iustitiam, et in vilipendium magratus nostri. qui Pedrottus
ut supra de mandato nostro citatus, comparuit, & ueniam petijt, nullasq; ali-
as fecit defensiones. Vnde nos Capit.s & Astantes antelati deuenientes ad expe-
ditionem dicti processus, sequentes formam iuris, et iustitie; pro reprimenda, &
frenanda audacia, et temeritate dicti Pedrotti, et ut alijs prauis, et nequam ho-
minibus hoc transeat in exemplum. Pedrottum prædictum, quod sit bannitus
de Vtino et toto capitaneatu p annum unum: quo tempore banni durante
si fregerit confinia, et captus fuerit, stet clausus in carceribus per mensem
unum, et iterum reuertatur ad bannum tunc incepturum, et hoc toties quo-
ties: in his scriptis sententialr condemnamus.

IACOBVM Filium Galeatij preconis Mag.ce coitatis Vtini.

Contra quem primo p Clar.m D. Locumt.te usq; ad expeditionem pensamenti,
deinde uero per nos, et officium nrum ob remissionem ad nos dic. iij. Martij
pret. prox factam, processum fuit, et est ad denuntiam Dnae Agathe ux
Josephi Monacchi officialis eiusdem Mag.ce comunitz, et super constituto dci
Josephi loco querele. in eo, et pro eo, q dum ipse Joseph in sero diei mercu-
rij XXIX. Decembris prox elapsi circa horam primam noctis se contulisset
ad hospitium Josephi Darie unà cum quibusdam eius socijs causa bibendi
p.tus Iacobus sciens forsan prædictum Monacchium in dicto hospitio reperiri,
et ipse dictum hospitium ingressus est; et captata occasione malum eius ani-
mum iam conceptum contra ipsum Monacchium causa, de qua in processu, excqn-
di; clam prius aperto hostio hospitij, ut facilius fugam arripere posset, nullis
dictis, euaginato ense, quo erat armatos, de retro ipsum Monacchium incautu
et nil tale timentem aggressus est, ei uulnus maximum in capite inferendo
non sine aliquali periculo vite: et fuge statim se dedit. et ut latius in pro-
cessu superinde formato continetur. Committen predicta contra Deum, ius,
et iustitiam; in uilipendium regiminis, & magistratus nri; et in maximum
damnum ipsius Josephi Monacchi. Qui quidem Iacobus de man.to nro cita-

tus ad se defendendum nullas curauit hactenus facere defensiones; quae contumacia eum magis culpabilem reddit. vnde nos Cap.s et astantes antelati deuenientes ad expeditionem dicti casus, et sequentes formam iuris, & iustitiae. Predictum Iacobum, quod sit bannitus de vtino, et toto capitaneatu per annos, quo tempore banni durante si fregerit confinia, et captus fuerit stet clausus in carceribus per menses duos, et iterum reuertatur ad bannum tunc incepturum: et hoc toties quoties, & in expensis damnis, et interesse passis per offensum iuxta liquidationem fien, et in expensis processus in his scriptis sn̄ialiter condemnam.

Datae, datae, et publicatae fuerunt suprascriptae sententiae sub logia palatij publici, sedentibus suprascriptis Spectabilibus Dn̄is Capit.o et Astantibus pro tribunali in loco solito. Die Mercurij XXV. May MDLXIX. Legente me Ioane Dominico Salomonio altero cancell. criminalium Magn.cae Communitatis Vtini. Pn̄tibus Gregorijs & Leonardo Fulonio, et & Galeatio Affinio notarijs collegiatis Vtinen, & alijs pluribus testibus rcf

Joannes Dominicus Salomonius vtinen

ae sunt quedam sententiae criminales condemnatoriae partim, partimque bañitoriae latę, datae; et in his scriptis sententialiter promulgatę per infrascriptos Magnificos Dominos Capitaneum, et astantes ciuitatis Vtini sic dicentes.

OS IOSEPH FABRICIVS LL. DOC. CAP. SVBSTIT. VINCENTIVS A PORTA DOC. BENEDIC. BONFILIVS, LEANDER AEMILIAN. ET FRANC. MASAR.

ciues Iudices et Astantes ciuitatis Vtini sedentes pro tribunali sub logia palatij ubi similes sententiae ferri, et promulgari solent, ne delicta trãseant impunita; et ne malefactoribus crescat audatia delinquendi dicimus, sententiamus, condemnamus, et bannimus, ut infra. VZ

PEDROTTVM Sanch taceonaleum Vtini

Contra quem per Spp. DD. Precessores nostros & eorum officium processum fuit, et est ad inquisitionem contra eum formatam, pro eo, ac sup eo quod die XI. Maij praetz dictus Pedrottus tantę fuit audacię, et temeritatis, ut nulla habita ratione loci, in quo reperiebatur, neqz pñtia dictorz Spp. Precessorz nostrorz pro tribunali ius dicentium sub logia palatij, ausus fuit dicere Nicolao olitori circa gurgites Vtini, quod erat sicophanta, deinde uero (cum sibi fuisset p eos indultum pro illa uice) malum malo addendo, et in prauo eius animo perseuerãdo, priusquam inde discederet hac uerba contra eundem Nicolãum proferre. VZ tu te'l menti per la gola. Et postea cum dicta die sibi per nuncium et pconem officij pñtata fuisset citatio ad se defendendum, et excusandum ab inquisitione contra eum formata, dictus Pedrottus paruipendens, quinimo spernens iustitiam ausus fuit cum dicta citatione, manu accepta sibi nates abstergere, et postea eam dilaniare, et ut latius in processu contra eum formato, et relatione preconis continetur. Propterquod idem Pedrottus sub die XXV. dicti mensis Maij per dictos Spp. Precessores nostros in contumaciam de

Vtino, et toto Capitaneatu per annum bannitus fuit. qui tamen postea praedictis Spp. praecessoribus nostris die xxviij. pntauit literas remissoriales clar.mi Domini Locumt.tis in quar. exequutionem man.to nostro eidem Pedrotto intimatum fuit, quòd deberet se tueri. comparuit, et suas fecit defensiones. non tamen in totum legitimas nec releuantes. quapropter Nos Capit.s et Astantes antedicti deuenientes iterum ad expeditionem dicti casus, ne idem Pedrottus de hac eius audacia, et temeritate in posterum gloriari possit, et ut alijs transeat in exemplum, sequentes formam iuris, et iustitiae: praedictum Pedrottum in marchis duabus, et in expensis processus in his scriptis sententialiter condemnamus:—

ii praedicti mensis

ANTONIVM Pinchiarolum Vtini habitantem in uico portae uillaltae.

Die 26. Julij 1569.

Comparuit contrascriptus Antonius, et intellecto tenore sententiae contrascriptae contra se latae, ab ea prouocauit ad cl. D. locumt.m instan. hac sua appell.ne pendente nil innouari &c.

Contra quem per Sp.ies Praecessores nostros, et deinde per nos, et officium nostrum processum fuit, et est ad querimoniam Ioannis filij Bernardi de Brazzaco Vtini incolae in dicto uico. ex eo, ac pro eo, quòd dum dictus Ioannes querelans de societate Leon.di Antonij luch, et Antonij Iacobi à uidua de Vtino hora secunda noctis diei primi Ian. prox. preteriti iuisset ad domum dicti Antonij querelati ad canendum (ut moris est) orationem illam uulgariter dictam il uerbum caro, ut idem Antonius sibi strenam largiretur: praedictus Antonius, qui in lecto erat aegreferens huiusmodi decantationes, è lecto surrexit, et clam aperta fenestra nullis dictis ex ea coniecit plures lateres, cum uno quor. eundem Ioannem supra frontem sauciauit cum incisione, sanguinis effusione, prout officio ostendit. et ut latius in processu superinde formato continetur: comittendo praedicta scienter, et dolose, contraq. Deum, ius, et iustitiam ac maximum damnum dicti Ioannis: qui Ant.s mandato dictor. Spp. Praecessor. nror. ad defensam citatus comparuit, & suas, quas uoluit, fecit defensiones minus tamen quam legitimas, et releuantes. Quapropter Nos Capit.s et Astantes antedicti deuenientes ad expeditionem pntis casus, iuris, et iustitiae formam sequentes, praedictum Antoniu in marchis duabus, et in expensis processus pro toto excessu in his scriptis sententialiter condemnamus:—

carnis, et

FELICEM de consortibus scaletarior. Vtini in prato clauso.

Contra quem per nos, et officium nostrum processum fuit, et est ad querelam Catherinae uxoris rel. à quon. Ioanne de Martignaco Vtini incola in prato clauso, in eo, de eo, ac sup. eo, quòd die primo mensis Iunij nunc decursi circa horam xxiiij. dum dicta catherina querelans sederet in limen domus suae sitae propè ecclesiam Diuae uirginis gratiarum

haberetq.

haberetque in brachio infantulam unius anni filiam Joannis Mariæ claudi: idem Felix nulla præcedente causa legitima diabolico spiritu impulsus ausus fuit dictam Catherinam aggredi, eiq; pugnum in facie impingere cum aliquali nigredine, et tumefactione carnis, prout officio ostendit. et hoc non contentus, sed malum malo addendo contra honorem dictæ Catherinæ in haec turpia uerba prorumpere vz al conspetto di Dio ruffiana io uoglio amazzar ti, et tuoi figliuoli. et ut diffusius in processu superinde formato continetur. Qui Felix mandato nostro ad defensam legitime citatus comparuit, et præstita fideiussione, ac habita copia processus, nullus postea curauit facere defensiones, licet pluries sibi intimatum fuerit. quocirca uolentes nos capit.s et Astantes antedicti ad eius expeditionem deuenire, ne ualeat de hoc impunitum euasisse gloriari, et ut alijs transeat in exemplum: antedictum Felicem in una marchæ pro percussione, et in expensis processus in his scriptis sententialiter condemnamus:—

CILIAM Zaccariam Vtini in contrata diui Barth.i habitantem contra quam per spect. Dominos Præcessores nros, et deinde p nos, et officium nostrum processum fuit, et est ad querimoniam Iosephi de Faganea cauponis in uico gratiano Vtini, de eo, & super eo, quod dum praefatus Joseph die xiij. Maij reperiretur in camera pignor. huius ciuitatis, ut exinde eleuaret quasdam pecunias extractas e pignoribus ad eius instantiam acceptis præfatæ Ciliæ, seu Josepho eius marito, et uenditis in ipsa camera pro credito dicti Josephi querelantis; præfata Cilia nulla p.cedente legitima causa, non habens Deum præ oculis, sed potius humani generis inimicum, in spretum, et uilipendium iustitiæ, et honoris ipsius Josephi ausa fuit dicere contra ipsum hæc uerba: becco fotù, tua moglie è una puttana, che te'l uoglio prouar. et cum inde discessisset dicta Cilia, iterum reuersa in prauo eius animo perseuerando, cæpit eadem uerba pluries replicare. et ut latius in processu superinde formato continetur. quæ Cilia ad defensam legitime citata comparuit, et suas, quas uoluit fecit defensiones, quam legitimas, et releuantes. quocc.a nos Capit.s et Astantes antedicti uolentes deuenire ad expeditionem pntis processus, et iuris, ac iustitiae formam sequi: prædictam Ciliam in marchis duabus, et ad retractandum uerba iniuriosa, quæ nisi retractauerit in termino dierum octo, eo casu in libris quinquaginta par. pro uerbis iniuriosis, et in expensis processus, in his scriptis sententialiter condemnamus:—

Mercurij iij. Aug.ti 1569.

Contrasta Cecilia exequen sententiā contrascriptam con se latā, dixit protulisse uerba, de quibus in querela contra Josephum contrascripta mota bili nō aūt animo ipm iniuriam, quem dix cognoscere pro uiro probo, bonæ conditionis, et famæ, et ita 2q Pntibus ꝑ Hilario Erasmio, et ꝑ Io. Bapta Simeonio ttꝫ

minus uero

IOANNEM Antonium cerdonem. et
IVLIAM eius coniugem habitantes Vtini in uico s.ti Christophi
Contra quos, et quemlibet ipsor. per nos, et officium nostrum processum fuit, et est ad q=
relam Luciæ uxoris rel. à quon magro Andrea fabroferrario Vtini prosequentis iniu=
riam Catherinæ eius filiæ, ex eo, et pro eo, quòd dicti iugales proximis his elapsis die=
bus pluribus, et diuersis personis ausi fuerunt dicere, quòd Catherina prædicta eis=
furata fuerit duos glomeros fili, ac bullum unum argenteum, sic in hunc modum
dictam Catherinam contra omnem ueritatem furem appellando cum non paruo
detrimento, et detractione honoris, et famæ dictæ puellæ in nubili ætate constitutæ:
et ut latius in processu superinde formato continetur; proferendo prædicta uerba
contra Deum, ius, et iustitiam, et in uilipendium officij nostri. qui Io. Antonius, et
Iulia iugales mandato nro citati ad defensam, comparuit ipse Ioannes Ant.s in
mine suo, et dictæ eius coniugis, & suas, quas uoluit, fecit defensiones non tamen
legitimas, nec releuantes. quibus p nos uisis simul cum toto processu, et consideratis
considerandis Nos Capit.s et astantes antedicti ad expeditionem deuenientes, præ=
dictos Ioannem Antonium, et Iuliam iugales ad retractan uerba, et in
processus in his scriptis sententialiter condemnamus, quæ si non retractabunt in ter=
mino dier octo, tunc, et eo casu intelligantur condemnati in solidum in libris xxv.
pac, et in expensis:—
ODOPHREDVM Gaiuncellum Bergomensem incolam Vtini
Contra quem per nos, et officium nostrum processum fuit, et est a

Inches
Centimetres
Kodak Color Control Patches
© Kodak, 2007 TM: Kodak
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black